

De motibus medijs.

Medij motus pla
netarum sunt na
turales semper
æquales.



FActa generalis documenti ostensione de forma operandi huic nostro proposito admodum necessaria, iam Dei inuocato auxilio gloriosi ad praxim motuū accedentes, ueris medios præponemus, seu æquales, quibus ignoratis ad ueros mobilium motus deuenire non possumus. His enim mediantibus illi inueniuntur, licet etiā motus cuiusq; planetæ in semet ipso sit naturalis & æqualis. Nec augetur quandoq; plus nec minus, motus tamen planetæ cuiuslibet in suo circulo breui, id est epiciclo, & epicicli in eccentrico computatus in circulo signorum est multiplex, diuersus & non uniformis, inquit Albumasar differentia 4. tractatus 5. Quicquid etiam in istis tam ueris quàm medijs motibus de signis ac gradibus, alijsq; minutijs inuentum fuerit, ut completum accipiatur atq; pertransitum.

Motus
netor
epicicli
uor
in a q

Medium motum cuiuslibet planetarum per ipsius tabulas ad tempus quodcunq; propositum inuenire. **Propositio I.**

I



PRÆSCRIBE tibi tempus, ad quod planetæ motuū inuenire desideras, ab annis uerbi incarnati ad ulq; tempus propositu per annos, menses, dies, horas, minuta, secunda &c. singula tanquam pertransita in locis cōgruis, ut præfertur Intra itaq; tabulam radicum, mediorum motuum annorum collectorum planetæ illius, cuius motum scire præponis cum anno tuo completo, quem si inueneris præcise, motus penes eum in tabula positus erit radix anni sine ulteriori operatione.

ii

iii

iiii

v

Si autem annum propositum in columna annorum collectorum præcise non inueneris, primo intrabis cum minori propinquiori, & ea quæ de motu signis scilicet gradibus & minutis &c. iuxta eum reperies, extra scribe per loca sua. Demum hunc annum minorem in tabulam missum ab anno per te proposito subtrahe, & residuabuntur anni, qui dicuntur expansi. Cum quibus itaq; denuo intrabis in tabulam annorum expansorum, & ubi eosdem inueneris, illic in tabula similis tituli, ut in annis collectis accepisti, suscipe motum, scribeq; sub priori unumquodq; sub suo genere quæ simul iungas secundum artem traditam à subtilioribus incipiendo. Quicquid autem facta additione prouenerit, erit radix anni currētis, quæ non est aliud nisi arcus alicuius orbis secundum æqualem motum, pertransitus interceptus inter principium, à quo talis motus computatur, & inter lineam eundem motum terminantem ad principium anni currentis inuētus. Principiū aut currētis anni secundū practicanes motus pro anno Romanorum fit semper in meridie ultimæ diei decembris, in hac syllaba, scilicet fill in qua etiam finitur annus completus uel tanquam cōpletus.

finis

Quid sit radix
planetæ

Nota.

